

- Panicula terminalis supradecomposita multiflora.
Pedunculi corymbosi.
Flores pubescentes, videntur flavi.
Calyx nullus.
Corolla pentapetala coreacea, petalis aequalibus, externe pubescentibus, petalo
supreme latiore, oblongo, emarginato, reliquis oblongis acutis.
Stamina Filamenta duo crassa, subulata, incurva, sub petalo supremo. Antherae
duae in quolibet filamentum connatae oblongae.
Pistillum Germen superum filamentis oppositum. Stylus subulatus incurvus. Stig-
ma subulatum.
Pericarpium. Capsula oblonga magnitudine Cerasi unilocularis evalvis monosper-
ma, denso tomento atro tecta, cortice fragili.
Semen unicum magnitudine Pisi subrotundum compressum fuscum nitidum.

Erklärung der sechsten Kupfertafel.

- Ein blühender Zweig von *DIALIUM guineense* in natürlicher GröÙe.
a. eine geschlossene Blume vergrößert.
b. eine geöffnete Blume, woran die Lage der StaubgefäÙe und des Pistills zu erken-
nen ist, auch vergrößert.
c. ein stark vergrößertes StaubgefäÙ:
d. das Pistill vergrößert.
e. die Saamenkapsel in natürlicher GröÙe.
f. der Saame in natürlicher GröÙe.

V.

O b s e r v a t i o n e s b o t a n i c a e

auctore

Alberto Guilielmo Roth, M. D.

Physico provinciali Ducatus Bremensis, Acad. Caes. Nat. Cur. socio, societatis Nat. Cur. Halensis,
Jenensis et Botanices Ratisbonensis sodali.

1. **CYNOGLOSSUM virginicum** foliis spatulato-lanceolatis lucidis, basi tri-
nerviis, bractea pedunculorum amplexicauli. Linn. Syst. Veget. p. 186.

Differt a **CYNOGLOSSO officinali**. cui simile: 1) CAULE tenuiore, magis hirtio. 2) FO-
LIIS laete viridibus, spatulato-lanceolatis, obtusiusculis, pilosis, scabris, mar-
gine planis, nervo utrinque secundum longitudinem recto anastomosante nota-
tis: nec saturate viridi-canescens, villosis, mollibus, lato-lanceolatis,
acu-

acuminatis, margine undulatis, nervo utrinque gyroso. 3) RACEMIS laxioribus. 4) CALYCE duplo minore. 5) COROLLA violacea, venis primo sanguineis, demum violaceis picta, calyce duplo longiora; nec atro-sanguinea, calyci aequali. 6) COROLLAE LACINIIS integerrimis, rotundatis; nec subemarginatis.

2. LINUM *strictum* calycibus subulatis, foliis lanceolatis strictis mucronatis, margine scabris. Linn. Syft. Veget. p. 303.

Tota planta laete viridis, stricta.

Caules simplices, subpilosi, filiformes, pedales et altiores, laete virides, foliis copiosis obfessi, basi ramosi, superne subcorymbosi, dichotomi.

Folia lanceolata, sessilia, sparsa, subulata, pilis brevibus adspersa, margine tenuissime ciliata et scabra, plana, costa pellucida praedita.

Flores terminales, fasciculati, sessiles, flavi.

Calyces inaequales, fructum longe superantes; *fructiferi* demum in racemum secundum laxissimum dispositi; *foliis* lanceolatis, mucronatis, evidentius ciliatis; *duobus* majoribus, *tribus* duplo fere minoribus.

Petala oblonga, obtusa.

Capsulae globosae, magnitudine seminis RAPHANI *sativum*, calycem basi dilatantes, durissimae, et fere osseae, glabrae, obsolete pentagonae, styli coronatae.

Semina exigua, brunea.

Observat. Inter passulas majores capsulas legit amicus dilectissimus Kuerpennig, botanices cultor indefessus, mecumque communicavit.

3. ANTHERICUM *Asphodeloides* foliis carnosis subulatis semiteretibus strictis. Linn. Syft. Veget. p. 331.

Flores parvi, lutei, in racemum pyramidalcm, demum elongatum ultra pedalem dispositi pedunculati, post florescentiam recurvi, demum revoluti.

Filamenta villis luteis obfessa.

4. ROSA *sylvestris* germinibus ovatis glabris, pedunculis scabris, calycis foliis ovatis subintegris tenuique mucrone terminatis, styli elongatis, caule petiolisque aculeatis.

R. calycis foliolis subintegris acutis, styli longis glabris et contortis, germine ovato glabro. Herrmann Diff. de Rosa n. V.

R. spinis recurvis, foliis glabris septenis, calycibus tomentosis, segmentis subpinnatis, tubis longis barbatis. Pollich palat. n. 485. Haller helv. n. 1102.

R. sylvestris folio glabro, flore penitus albo. Joh. Bauh. hist. 2. p. 244?

R. *canina* β . *sylvestris*. Flor. Germ. Tom. 2. Pars 1. p. 360.

Cum hoc anno mihi contigerit, ROSAM hancce, *sylvestrem* dictam, vivam observare, quam in Flora Germanica varietatem solum ROSAE *caninae* putavi, non solum

ab hac, sed a congeneribus etiam stylis praecipue elongatis in cylindrum coadunatis stamina aequantibus, diversam inuenio, ut non immerito veram propriamque speciem efficiat.

Differt a *Rosa canina*, cui proxime accedit 1) *RAMIS*, nisi a fruticibus sociis sustententur, longissime ad terrae superficiem repentibus, praecipue junioribus et novellis. 2) *FOLIOLORUM SERRATURIS* simplicibus; nec iterum serratis. 3) *PEDUNCULIS* in ramulis terminalibus, semper solitariis, duplo vel triplo longioribus, purpureis, pilis capitatis scabris; nec brevibus glabris. 4) *CALYCIS FOLIOLIS* ovalibus, concavis, ventricosis, intus inprimis albo tomento canis, mucrone lineari multo brevioribus terminatis, *tribus* in medio utrinque uno alterove denticulo lineari auctis: nec angusto-lanceolatis, triplo longioribus et angustioribus, in mucronem longum apice latioribus attenuatis; *tribus* pinnatifidis. 5) *PETALIS* niveis, paulo minoribus. 6) *STAMINIBUS* paulo longioribus. 7) *GERMINE* ex subrotundo ovato; nec ovato-oblongo. 8) *STYLIS* longitudine fere itaminum, trilinearibus, in cylindrum superne paululum incrassatum glabrum coadunatis; nec brevissimis, vix lineam longis. 9) *STIGMATIBUS* in capitulum duplo minus collectis.

Observ. Flores, ut bene monuit Cel. Herrmann l. c. non semper omnis ruboris expertes et styli in unum corpus compacti etiam in meis specimenibus semper glabri sunt, quos Hallerus l. c. barbato dixit. Peduncululi in nostris plantis semper pilis capitatis purpureis scabri observantur, nec glabri, ut in Bavaria secundum Cel. Schrank.

5. *MARRUBIUM Alyssum* foliis cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis involucre destitutis. Linn. Syst. Veget. p. 537.

Planta simillima primo intuitu *MARRUBIO vulgari*, ut ab imperito in arte facile cum illo confundatur; differt autem 1) *CAULE* tenuiore tomento vestito. 2) *FOLIIS* apice rotundatis, profundius incisus et dentatis, plicatis, undulatis, in petiolum longiorem, supra canaliculatum subtus trinervium desinentibus, hinc cuneiformibus, rugosis quidem, sed nervis tribus subtus praecipue evidentioribus, elevatis notatis: nec utrinque attenuatis, ovalibus, non tam profunde in petiolum desinentibus neque tam profunde inciso-dentatis. 3) *VERTICILLIS* paucifloris, involucre omni destitutis. 4) *FLORIBUS* sex ad duodecim rarissime pluribus in quovis verticillo, distinctis: nec pluribus, lana densa colaerentibus sibi que contiguis, bracteis linearibus involucratis. 5) *CALYCIBUS* tetragonis, quinquedentatis; dentibus aequalibus, lanceolatis, patentibus, canaliculatis, mucrone pungente recto terminatis: nec decedentatis: dentibus setaceis apice uncinatis. 6) *COROLLIS* atro-purpureis duplo fere minoribus et tubo longiore filiformi instructis.

Observ. Linnaeus in differentia specifica hujus *MARRUBII* folia dicit quinquedentata; at dentium numerus non ingredi debuisset differentiam specificam, quia incer-

incertus et vix determinandus est in hac specie. Folia enim apice dentibus quinque pluribus circumscripta sunt.

6. *MALVA abutiloides* caule malvarum maximo frutescente, foliis angulatis planis tomentosis, pedunculo axillari multifloro. Cavanill. differt. II. n. 97. t. XVI. f. I. Magaz. für die Botan. St. VIII. p. 19.

Quantum ex differentia specifica Cel. Cavanilles in Magaz. f. d. Botan. l. c. perfpicio, differtationibus enim hisce splendidis adhuc carere debeo, *MALVA abutiloides* Eiusdem, quam per tres annos in horto colo, diversissima est et distincta species ab illa ejusdem nominis Linnaei junioris in Suppl. pl. p. 307. Specimen ficcum e Promontorio bonae spei acceptum, cujus mentionem feci in Magaz. f. d. Botan. St. II. p. 23. n. 21. aliquantum recedit a descriptione Linnaei filii, scilicet colore florum carneo nec albo rel. pluribus tamen momentis cum illa convenit. Celeb. Cavanilles et mea planta viva proxime accedere videtur *MALVAE abutiloidi* Linnaei patris in Syft. plant. Tom. III. p. 350, exceptis foliis non lobatis et calyce, qui in mea planta non dici potest brevissimus. Quodsi autem Linnaeus pater calycem fructiferum prae oculis solummodo habuit, tunc respectu magnitudinis capsularum calyx brevis quodammodo dici potest. Planta mea octopedalis, quae tertio a satione anno in fictili, steriliori terra repleto, sub dio nunc primum floruit, ita se habet:

Caulis erectus, strictus, lignosus, basi crassitie pollicis, teres, cortice flavescente-griseo glabro obductus. *Rami* alterni, teretes: juniores tomento densissimo albo vestiti.

Folia alterna, longe petiolata, plana, e pallide viridi incana, cum petiolo utrinque tomentosa, mollia, cordato-subrotunda, angulis septem: quorum duo inferiores utrinque obsoletiores, tres superiores evidentiores; omnes obtusiusculi; obtuse et inaequaliter circumferrata, nervis septem ramosis costata.

Stipulae lineares, acuminatae, cauli adpressae, oppositae, tomentosae.

Pedunculi in axillis foliorum superiorum, solitarii, petiolis plerumque paullo longiores, laterales, nudi, tomentosi, floriferi erecti, fructiferi depressi et demum iterum erecti, plerumque triflori, rarius uniflori. *Pedicelli* florum alterni, sesquiunciam ad duas uncias longi.

Calyx tomentosus: *exterior* triphyllus: *foliis* lanceolatis utrinque attenuatis calyci interiori adpressis, sesquilineam ad duas lineas longis; *interior* exteriore duplo major, tomentosus, capsula duplo saltem brevior: *laciniis* ovatis, acuminatis, tricoctatis.

Corolla rosea, magnitudine corollae *MALVAE moschatae*. *Petala* obverse ovata, obtusa, integerrima.

Capsulae globosae, tomentosae, obsolete friatae, apice depressae, calyce duplo vel triplo majores, multiloculares: *loculis* semilunaribus, membranaceis, fericeis, griseis, dispermis.

Semina reniformia, nigra.

7. *CORONILLA cretica* herbacea, leguminibus quinis erectis teretibus articulatis, foliis undenis. Linn. Syst. Veget. p. 670.

Numerus undenarius foliolorum, quem Linnaeus in differentia specifica pro signo characteristico habuit, minus constans est. Copiosissime enim variat foliis novem, duodecim, tredecim, quindecim, in uno septemdecim in uno rano. Neque numerus quinaris leguminum semper constans est. Melius et constantius signum praebet *pedunculus inferne pilosus*, quod commode cum reliquis pro characterem specifico adhiberi possit.

8. *LATHYRUS inconspicuus* pedunculis minoris calyce brevioribus, circis diphyllis simplicibus, foliis lanceolatis. Linn. Syst. Veget. p. 662.

Planta mea exacte convenit cum descriptione a Linnaeo in Syst. Plant. Tom. III. p. 464. data, exceptis *leguminibus*, quae ante maturitatem villosa, dorso et carina pilosa scabriuscula observantur, quae autem maturitate villositatem et scabritiem plauve deponant laeviaque fiunt, et foliis paullo longiora et angustiora sunt, non illis latiora. *Flores* solitarii in alis petiolorum. *Corolla* connivens numquam explicatur, vix calyce paullo major. *Calycis dentes* setacei, inaequales.

9. *THRINCIA*.

Observatio I. Dictum est hoc genus a *Θρινιός*, pinna s. corona murorum; quoniam coronula seminum radii similem formam habet. Ab eodem vocabulo forsitan etiam derivandum est nomen plantae adlinis, *Hyoferidis radiatae* Linn., *TRINCIATELLA*, quo usus est Ioach. Camerarius in horto med. et philosoph. p. 173.

10. *COLOBIUM*.

CAL. communis ovato-oblongus, octangulus, octophyllus, persistens: *foliis* lanceolatis, carinatis, aequalibus; basi calyculatus vel subimbricatus *squamis* paucioribus, brevissimis; arete adpressis.

COR. uniformis, imbricata, composita *Corollulis* hermaphroditis, linguatis, oblongis, truncatis, quinque-dentatis, extus ad faucem villis longis obsessis.

STAM. et *PIST.* ordinis.

PERIC. nullum. *Calyx* immutatus, ovato-acuminatus.

SEM. solitaria, oblonga, utrinque attenuata; angulosa, rugosa:

disci pappo stipitato plumoso praedita, decidua;

radix tot, quot calycis foliola, subincurva, calycis foliolis maxima ex parte inclusa, apice truncata, *calyculo* brevi paleaceo multidentato obliquo coronata, cum calyce persistencia.

RECEPT. convexo-planiusculum, alveolatum: alveolis coadunatis, truncatis, dentato-aristatis, semine longe minoribus.

Observat. I. Essentialis hujus generis character sequens erit: *Calyx* octangulus, caly-

calyculatus. *Semina radii* truncata, calyculo paleaceo multidentato; *disci* pappo plumoso coronata. *Receptaculum* alveolatum.

Observat. II. Proxime accedit *Hyoferidi*, differt autem structura feminum et pappi. nec non receptaculo. Ab Hedyrnoë Gen. pl. ed. Schreb. n. 1243. differt receptaculo, et feminum interiorum pappo stipitato plumoso; nec calyculo obsoleto multifeto brevissimo, et intra eum pappo e paleis quinque composito coronato praeditis.

Observat. III. Nominavi hoc genus *Colobium*, κολόβιον scil. Φυτόν, a κολοβός, mutilus, deficiens, quoniam femina radii pappo quasi mutila sunt; ex eadem ratione, propter quam Cel. Curtis in Flora sua Londinensi alteram speciem LEONTODON *deficiens* anglice dixit.

I. COLOBIUM *hirtum* radice fasciculata perenni, calycibus basi subimbricatis, feminum pappo substipitato.

LEONTODON *hirtum* calyce laevi, foliis sinuato-dentatis scabris, feminibus rugosis: radii calyculo proprio multidentato: disci pappo plumoso coronatis. Flor. Germ. Tom. I. p. 333. Tom. II. part. 2. p. 245. n. 5. ubi synonyma videnda.

LEONTODON *hirtum* calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis: fetis simplicissimis. Leers Flor. herb. n. 605. c. descr.

LEONTODON *hirtum*. Deficient Leontodon. Curtis Flor. londinens. n. 66. tab. 4.

HEDYRNOIS *bispidum*. var. β. *hirtum*. Hudf. Flor. angl. ed. 2. p. 340.

RHAGADIOLUS foliis semipinnatis asperrimis. Hall. hist. pl. Helv. n. 7. Lachenal nov. act. Helvet. vol. I. p. 271.

RHAGADIOLUS *taraxacoides*. Allion. Flor. pedem. n. 836.

APARGIA *hirta*? Schkuhr Handbuch tab. 220.

Radix fasciculata, perennis.

Folia radicalia, obverse lanceolata, basi in petiolum attenuata, obtusa, sinuato-dentata, saturate viridia, pilis apice bi- f. trifurcatis hispida et quodammodo canescentia.

Scapi plures ex una radice, filiformes, sulcati, pilis furcatis adspersi, cum primis infra medium, palmares et semipedales, nudi, uniflori, infra florem paullulum incrassati.

Calyx plerumque octangulus, octosulcatus, octophyllus, basi foliolis paucioribus calyculatus, infimis nonnullis inordinatis; hinc subimbricatus, plerumque glaber, saturate viridis, foliolis apice purpurascens, ante florescentiam nutans.

Flores lutei, corollulis exterioribus dorso virescentibus.

Semina, exceptis marginalibus octo, truncatis et calyculo proprio paleaceo multidentato coronatis, pappo plumoso, radiis viginti ad viginti quatuor, alterne mino-

minoribus, composito; in intermediis prope marginem, sessili, in centralibus stipitato, praedita.

Variet I. Calyce piloso, scabrinsculo.

2. Calyce decangulo, decaphyllo cum totidem feminibus truncatis, calyculo proprio coronatis.

Observ. I. Differentiam hujus plantae a consimili *LEONTODONTE hispido* Linn. in Flora Germ. Tom. II. p. 2. l. c. fufius demonstravi.

Observ. II. Ob structuram feminum et receptaculi haec planta a *LEONTODONTE* removenda erat, et novum genus constituere debet.

2. *COLOBIUM hispidum* radice simplici annua, calycibus hispidis rigidis, feminum pappo longe stipitato.

HYOSERIS taraxacoides foliis sinuato dentatis, feminum centralium pappis plumosis, pilis foliorum furcatis, radice fibrosa. Villars Flor. delph. Tom. 3. p. 166. tab. 25. exclusis synonymis plurimis.

Habitat in *Hispania*. Semina inter passulas majores ante aliquot annos legi.

Antecedenti simillimum est, differt autem: 1. *RADICE* simplici annua. 2. *FOLIIS* laetius viridibus. 3. *CALYCE* rigidior, e laete viridi canescente, aculeolis copiosis rigidis hispido, basi calyculato *FOLIOLIS* linearibus, paucioribus, hispidis, calycis fulcis arcte adpressis, simplici ordine dispositis. 4. *SEMINIBUS*, exceptis marginalibus octo truncatis et calyculo proprio paleaceo coronatis, omnibus in stipitem pappigerum duplo vel triplo longiorem superne attenuatis. 5. *PAPPO* radiis decem ad duodecim aequalibus composito, nec inaequalibus, alterne minoribus, 20—24.

Variet Calyce decangulo, decaphyllo.

10. *TUBULINA coccinea* suborbicularis convexa carnofo-ceracea coccinea.

TUBULIFERA Ceratum tubulosa ceracea fulva mox nigra. Oeder Flor. Dan. tab. 659. f. 2?

FUNGUS plerumque orbicularis, interdum oblongus, convexus, ceterum pulcherrime coccineus, semiuncialis vel uncialis in diametro.

TUBULI carnosi et cerae molliusculae similes, omnes quidem convexi, cultelli tamen ope absque singulorum destructione separabiles; apice obtusi et liberi, nitentes, rorulenti, ita ut tota fungi superficies rore coccineo madefacta videatur. Siccatus fungus durefcit absque coloris et nitoris mutatione.

Observ. I. *TUBULIFERAM* adpellavit hoc genus Oederus in Flora Danica, cui aptius nomen imposuit *TUBULINAE*, amicus Cel. Perfoon, in Clariff. Roemer's neuem Magazin für die Botanik B. I. p. 91.

Observ. II. Fungus Oederi in Flora Danica l. c. noster vix esse potest, qui coccineus est et siccatus etiam manet: nec fulvus, neque mox niger evadit aut ferrugineus, ut Cel. Perfoon *TUBULINA* fragiformis im Neuen Magaz. l. c.

Observ.

Observ. III. Amicus perdilectus Trentepohl hunc Fungum in Salice demortua decorticata Augusto mense reperit, mecumque descriptionem benevole communicavit.

VI.

B e y t r a g

zur

S a l z b u r g e r F l o r a .

Bey meinem Sommeraufenthalt in Salzburg fand ich auf meinen botanischen Exkursionen, die ich dort anstellte, viele Pflanzen, welche in der vom Herrn Professor Schrank herausgegebenen Flora Salisburgensi noch nicht aufgenommen sind. Auch hatte ich Gelegenheit, das an Alpenpflanzen so reiche Herbarium des Herrn Hofkammerraths Jirasek durchzusehen, unter welchen ich mehrere fand, die für die Flora neu sind.

Damit nun mit der Zeit eine vollständige Flora des an Naturprodukten so reichen Landes geliefert werden kann, und da sie es nur durch Beyträge werden kann; so glaube ich keine unnütze Arbeit unternommen zu haben, wenn ich das Wenige, was ich hiezu geleistet, bekannt mache.

Ich habe in diesem Beytrag Herrn Prof. Schrank's Baiersche Flora zum Grunde gelegt, und um alle Weitläufigkeit zu vermeiden, bloß den Wohnort beygefügt. Diejenigen Pflanzen, bey denen ich keinen genauen Ort angegeben, wachsen alle in Entfernung einer halben Stunde von der Hauptstadt, besonders im sogenannten Gries und in den Auen an der Salza, wo auch viele schon bekannte seltene Alpenpflanzen, die sonst nur auf dem Hochgebürge zu wohnen pflegen, wachsen, und einige, wie z. B. *ANTIRRHINUM alpinum*, *GYPSOPHILA repens* u. d. gl. daselbst wuchern, deren Saamen von denen Wässern, die vom Gebürge herabfließen, der Salza mitgetheilt werden, welche sie dann dem Ufer überläßt.

Zu einer andern Zeit werde ich noch einige, die mir bis jetzt zweifelhaft sind, anzeigen, und auch die *TYPHA minima* und *EUPHRASIA Salisburgensis* näher bestimmen.

H. C. Funk.

MONANDRIA *Monogynia.**HIPPURIS vulgaris*, Schrank Flor. bav. n. 1.

Habitat in fossis circa Salisburgum copiose.

*Digynia.**CALLITRICHÉ autumnalis*, Flor. bav. n. 3.
Habitat cum Hippuride.*BLITUM capitatum*, Hoffm. Fl. Germ. p. 2.
H. in ruderatis.

DIAN-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Archiv für die Botanik](#)

Jahr/Year: 1796-1798

Band/Volume: [1](#)

Autor(en)/Author(s): Roth Alberto Guilielmo

Artikel/Article: [Obfervationes botanicae 32-39](#)